



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/315536>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

AMBERGIAN JURISCONSULTS

Printed at the University of Cambridge
by J. B. G. [illegible]
[illegible]

THESES

JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GERARDI JOHANNIS MULDER,

MATH. MAG. PHIL. NAT. ET MED. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

LAMBERTUS JAN BOURICIUS,

LEOVIARDIAE NATUS (FRISIUS).

AD DIEM XXX APRILIS A. MDCCCLIII HORA II.



Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLIII.

THE MEDICAL INSTITUTE

OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

AND THE UNIVERSITY OF WEST INDIES

OF THE UNIVERSITY OF WEST INDIES

OF THE UNIVERSITY OF WEST INDIES

OF THE UNIVERSITY OF WEST INDIES

OF THE UNIVERSITY OF WEST INDIES

OF THE UNIVERSITY OF WEST INDIES

OF THE UNIVERSITY OF WEST INDIES

OF THE UNIVERSITY OF WEST INDIES

OF THE UNIVERSITY OF WEST INDIES

OF THE UNIVERSITY OF WEST INDIES

T H E S E S.

I.

Adsentior Cl. HUGONI: *Geschichte des Röm. Rechts*, pag. 276, Sct. Macedonianum finem sibi propositum vix attingere potuisse.

II.

Minus probanda sententia Cl. MAREZOLL: *Giess. Zeitschrift* IX pag. 299, legatarium in jure justiniano actionem in rem habere si rei alienae legatae heres dominium nactus est.

III.

Facio cum Cl. RIBBENTROP: *Correalobligation.*, pag. 168. jus in l. 44, § 1 D., de aedil. edicto, emtori concessum, non unice contra venaliciarios, sed etiam contra vulgares venditores locum habere.

IV.

Si liberatio quantitate adjecta legata est illi, qui nihil debet, legatum inutile est.

V.

Non assentior Cl. MÜHLENBRUCH *Doctr. Pand.*, § 401, actionem de ornamentis jumentorum locum habere, si

non tales praestitae sunt res, quales propter ornamentorum integumenta apparebant.

VI.

Ille qui secundum legem d. 28 Jul. 1850 Sbl. n^o. 44, est civis ratione juris publici etiam ratione juris privati civis haberi debet.

VII.

Melior mihi videtur esse articuli 647 Cod. Civ. Neerl. dispositio quam quod Romanis in eodem argumento placuit.

VIII.

Non assentior Cons. DE PINTO art. 989 Cod. Civ. tabellionem posse testamentum transmittere tabellioni, qui suo munere fungitur ibi, ubi hereditas defertur.

IX.

Ad delendam hypothecam in tabulis publicis non sufficere videtur instrumentum quod art. 1240 Cod. Civ. indicatur, si conservatori patet illud ab eo proficisci, qui ad indulgendam deletionem capax non est.

X.

Quod iudici per art. 1826 Cod. Civ. omnem denegare actionem permittitur, si quid ex ludo debetur, qui exercitiis corporeis continetur, minus probandum videtur.

Exercitiis autem corporeis *caeterisque similibus* ipsa etiam musica accessenda est.

XI.

Qui cambium siccum (*orderbriefje*) propter pecuniam ex alea debitam, scripsit, nequidem indossato tenetur secundum art. 1825 et 1827 Cod. Civ.

XII.

Verba legis 22 *Frimaire an VII*, art. 68 § 3 n^o. 2. "*Pourvu qu'il en soit justifié*" spectant, ut mihi videtur, probationem, res inventario enumeratas in hereditate revera adfuisse.

XIII.

Non semper valet regula; nemo plus juris in alterum transferre potest quam ipse habet.

XIV.

Dominium mercium transferri aequè recte potest per illas apochas, quae dicuntur *ontvangedullen*, atque per literas recognitionis.

XV.

In contractu oneris transferendi deficiente charta partita probatio per testes non admittitur, licet adsit initium probationis per scripturam.

XVI.

Tutor, qui moratorio usus est, jure nostro in munere suo non semper suspenditur, quod mihi minus probandum videtur.

XVII.

Poena statuenda videtur in consortem suicidii.

XVIII.

Certamen singulare peculiari lege poenali vindicandum est.

XIX.

Praevia inquisitio saepe in causis correctoriis necessaria est, in criminalibus superflua.

XX.

Cautione praestita reus a praevia carceris custodia liberandus esset.

XXI.

Judici non licet vim statuti provincialis vel municipalis in dubium vocare, art. 140 coll. cum art. 133 legis Fund.

XXII.

Minus probanda mihi videtur sententia eorum qui putent singulis populis id agendum esse, ut omne genus industriae exercean sibi que ipsi sufficiant.
